

844–851.

249

848. (Reg. 1168.)

Donatio Ratbaldi. EBENSTEIN.<sup>a)</sup>

Anno VII regni d(om)ni nostri Karoli imperatoris, ego Ratbald<sup>b)</sup> dono pro remedio animę Rutberti quod ipse m(ich)i tradidit manu potestatiua, ut traderem ad sanctum dei mrem. Nazarium, qui requiescit in corpore in pago rinensi in monasterio quod uocatur Laur., super fluuium Wischoz sito, uel ad illam sanctam congregationem monachorum qui ibidem deo seruire uidentur, ubi uenerabilis Gundelandus abba preesse dinoscitur, vi iurnales in pago worm. in uilla Ebenstein sitos, quos a die presenti donatos in perpetuum esse uolo, ut deinceps ad ipsum locum sanctum omni tempore proficiant in augmentis, stipulatione subnixa. Actum in monasterio Laur., XVIII kl. iunii. S. Ratbaldi<sup>1)</sup> qui hanc donationem fecit.

R. Karoli.  
Gundel. abb.

775 Mai 15.

849. (Reg. 1503.)

Donatio Rudolphi. In e(adem) v(illa).

Ego Rudolfus dono<sup>c)</sup> pro remedio animę meę ad sanctum dei mrem. Nazarium qui requiescit in monasterio Laur., cui uenerabilis Gundelandus<sup>1)</sup> abb. preesse uidetur, donatumque in perpetuum esse uolo quidquid in Ebistein m(ich)i de coniuge mea Richgarda prouenit quod et ipsa mecum pariter tradidit, mansis, terra araturia, pratis, pascuis, aquis, cum omnibus<sup>d)</sup> quę in ipsa marca habere uisi fuimus, trado atque transfundo in dei nomine perpetualiter possidenda, stipulatione subnixa. Actum in monasterio Laur., V kl. apr., anno XIII<sup>1)</sup> regni d(om)ni nostri Karoli regis. S. Rüdolphi qui hanc donationem fecit.

Karoli regis.  
Gundel. abbas.

769–778; 781.<sup>1)</sup>  
776? März 28.

850. (Reg. 1708.)

Donatio Rütperti. In eadem v(illa).

Ego Rütpertus et coniux mea Hiltrud donamus ad sanctum Nazarium qui requiescit in monasterio Laur. cui uenerabilis Helmericus abba preesse uidetur, donatumque in perpetuum esse uolumus i pratum in Ebinstein, stipulatione subnixa. Actum in monasterio Laur., anno XIII regni d(om)ni nostri Karoli gloriosi regis, n. martii. S. Rütperti<sup>1)</sup> qui hanc donationem fecit. S. Minolachi, Giselberti<sup>2)</sup>). Rudolfus scripsit.

Karoli regis.  
Helmericus abb.

782 März 7.

851. (Reg. 1777.)

Donatio Baltheri. In eadem v(illa).

Anno quoque eodem, ego Baltheri<sup>1)</sup> dono pro anima mei germani Liobheri<sup>2)</sup> ad sanctum Nazarium mrem. qui requiescit in corpore in monasterio Laur. cui uenerabilis Helmericus abb. preesse uidetur i mancipium, Albhardum, in Ebinstein habitantem.

781 Okt. 9 bis  
782 Okt. 8.

Karoli regis.  
Helmericus abb.

a) Letzte Majuskel in der Überschrift, Reste noch 898, 904. b) ego Ratbald am Rande.  
c) d(ono) verbessert aus p(ro); Fehlerzeichen am Rande. d) cum omnibus am Rande.

848] <sup>1)</sup> Vgl. 1109 u. ö.

849] <sup>1)</sup> Das 13. Jahr Karls (781) fällt in Helmrachs Regierungszeit. Nimmt man Gundelandus abb. (765–778) als echt, so stammt die Urk. aus 1–10 Kar. r.; XIII K. r. wäre dann etwa in VIII K. r. (= 776) zu verbessern. Immerhin könnte auch das Königsjahr echt, der Abtsname aber nach 848 verschrieben und in Helmrach zu verbessern sein. Unmöglich ist die Änderung von «Karoli» in «Pippini», da im März 765 Nazarius und Abt Gundelant noch nicht in Lorsch waren. Derselbe Fehler 926, 1000 und Regest 1501 ff.

850] <sup>1)</sup> 853, 1057. <sup>2)</sup> 1251, 1391.

851] <sup>1)</sup> Vgl. 1306. <sup>2)</sup> Vgl. 889.